

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1665**

Concl. VI. Excommunicatus toleratus non aliter, quàm quivis malus minister, est declinandus; ut proinde possit etiam bonis præponi, si credatur bonus esse.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

lium. Unde in hoc nullus sit favor hū-  
jusmodi malis ministris, sed solum ipsi  
fidelibus in extrema necessitate existen-  
tibus.

87. Licet ergo ab eis Sacramentum Eu-  
charistiae suscipere per se loquendo, id est,  
seculo periculo scandali publici, aut in-  
famiae Religionis, vel alterius mali, ad  
quod posset hominem talis minister in-  
ducere; quæ rationes maximè occurrere  
possunt, quando minister est hæreticus:  
&, quantum colligi potest ex historijs, in-  
tervenerunt in facto S. Hermenegildi,  
quam laudat S. Gregorius lib. 3. Dial. capi-  
31. quod instante Martyrio noluerit re-  
cipere communionem ab Episcopo Aria-  
no; quippe in illis circumstantijs, præfer-  
tim cùm ignoraret mortem instantem; vi-  
sus fuisset in illa communione redire ad  
Arianismum: siquidem (ut verbis utar  
D. Gregor.) supervenienti Paschalis festivita-  
ti die, intempeste noctis silentio ad eum perfidus  
pater Arianum misit Episcopum, ut ex eius manu  
sacrilegæ consecrationis communionem perciperet,  
atque per hoc ad patris gratiam redire mere-  
retur.

Hæc pro ministris vitandis. Quid au-  
tem tenendum sit de ministris non vitan-  
dis, patebit ex conclusione sequenti:

## CONCLUSIO VI.

Excommunicatus toleratus nō  
aliter, quam quivis malus  
minister, est declinandus;  
ut proinde possit etiam bo-  
nis præponi, si credatur bo-  
nus esse.

88. Excommunicatus, aut per aliam cer-  
titudinem precium & suspensum posse  
redire in gratiam per veram cordis contri-  
tionem, & propositum petendi absolutio-  
nem à censura, ante realem absolutionem,  
omnium DD. concors est sententia. Quā  
supposita conclusio habetur in Extrava-  
gante Ad vitanda, in principio conclusio-  
nis præcedens recitata, ubi permittitur  
omnibus fidelibus communio cum perso-  
nis inibi expressis in Sacramentorum admini-  
stracione vel receptione, non ab aliis cau-  
sam, quam ad vitanda scandala & multa  
pericula, subveniendumq; conscientijs timora-  
tu: ergo etiam ipsi ministri ex parte sua,  
quando requirantur, licet Sacraenta  
administrant, in quantum præcisè hoc ipsi

prohibetur per censuram; aliàs nullus  
favor esset factus fidelibus, neque subve-  
niretur conscientijs timoratis: quippe &  
antea poterant communicare (ut vidimus)  
existente rationabili causa; adeoque facul-  
tas concessa vel nulla esset, vel multis scrupu-  
lis obnoxia.

Dixi autem Primo: Quando requirun-  
tur; nam in fine Extravagantis lego hæc  
verba: Per hoc tamen huiusmodi excommuni-  
catos, suspensi, interdictos, seu prohibitos  
non intendit in aliquo relevare, nec eis quomo-  
dolibet suffragari. Porro plurimum releva-  
ret & suffragaretur, si excommunicati &c.  
non requisiti possent se ingerere administra-  
tioni Sacramentorum.

Dixi Secundo: In quantum præsis &c. Quare ad-  
alii enim si sint in malo statu, eadem (ut  
patet) est ratio de excommunicato, qua  
de alijs peccatoribus. Et ideo signanter  
expressi in conclusione: Non aliter declinan-  
dum esse, quam quemvis malum ministerum.

Ex his uniuersique statim occurrit pro-  
batio illationis: Ut prouide posse &c. Et  
enim ex parte statutis gratiae æquales sunt;  
inæqualitas autem quæ oriri posset ex  
censura, tollitur & reducitur ad æqualita-  
tem per Extravagantem præallegatam,  
qua loquitur omnino generaliter præscin-  
dens à presentia vel absentia aliorum.  
Quid ergo obstat, quod minus alijs bonis,  
etiam præsentibus possit præferri?

Dices: Jus antiquum. Respondeo, re-  
vocatum esse per jus novum dicta. Extra-  
vagantia.

Sed contra: Concil. Trident. sess. 25.  
cap. 14. de Reformatione, renovat om-  
nes penas latas in sacris Canonibus contra  
Clericos concubinarios. Prohibetur autem  
publico concubinario aut forniciario admi-  
nistrale Sacramenta; aut ab ipso recipere  
cap. Vesta de Cohabitatione Clericorum  
& mulierum, ibi: Siue dubitatione itaque  
teneatis, quid à Clericis & Presbyteris, quam-  
quam forniciariis, quandiu tolerantur, nec  
habent operis evidentiam, licet divina mysteria  
audiantur, & alia recipiantur Sacraenta Ec-  
clesiastica. Ergo à contrario sensu illicite,  
quandiu non tolerantur; ac habent ope-  
ris evidentiam, ut clare exprimitur eodem  
titulo cap. finali, ibi: Verum est quilibet  
pro mortalí peccato, quoad se ipsum constet esse su-  
pensum, non debet tamen in officijs evitari; quia  
quantum ad alios, etiam in casu proposito suspensus  
non est, nisi peccatum huiusmodi sit notorium  
per sententiam seu per confessionem faciat in  
ure, aut per evidentiam rei, qua tergiversatione  
aliqua celari non poset. Ergo hujusmodi pec-  
catorem, etiam nunc temere vitare; neque

Gg

licet

89.  
Quare in  
conclusio-  
ne addatur  
Quando re-  
quiruntur,

Quare ad-  
datur: In  
quantum præ-  
cisè &c.

90.

Jus anti-  
cuum ob-  
stans con-  
clusioni, est  
revocatum  
per jus no-  
rum.

91.  
Obiectio ex  
Trident.

licet cum præponere bonis, quamvis scirem ipsum per privatam poenitentiam Deo reconciliatum.

92.  
Qualiter  
Trid. teno-  
vet penas  
latas in sa-  
cerdis canon-  
bus contra  
Clericos  
concupi-  
tios.

Respondeo negando consequiam; siquidem Trident. non renovat illas poenas tanquam latæ sententia; sed requirit sententiam ferendam, & executionem Episcopi juxta ordinem, quem ibidem præcribit servandum. Sic quippe habet: Prohibet sancta Synodus quibuscumque Clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus posse haberi suscipio, in domo vel extra detinere, aut cum ijs ullam confuetudinem habere audeant: alioquin panis, à sacris Canonibus vel statutis Ecclesiistarum impositis, puniantur.

Et paulò post: Si autem in delicto eodem, cum eadem vel alia feminâ, perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant (ecce poena latæ sententia) qui predicti locis applicentur; sed etiam à beneficiorum suorum administratione, quod Ordinarius, etiam utr. Sedis Apostolica delegatus, arbitrabitur, suspendantur, utique per sententiam ab Ordinario ferendam, ut clarius dicitur eodem capite circa finem de Clericis non beneficiarijs, ibi: Clerici verò beneficia Ecclesiastica aut pensiones non habentes, iuxta delicti & contumacia perseverantiam & qualitatem, ab ipso Episcopo carcera panâ, suspensione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obinenda, alysse modis iuxta sacros canones puniantur. Quod verbum imperativum non veratur circa ipsam ponam inmediate, sed circa actionem judicis; adeoque intelligi potest de poena ferendæ sententia, juxta Reg. 49. de Regulis Juris in 6. In panis benignior est interpretatio facienda.

93.  
Non refit  
Wiggers di-  
stinguuit in-  
ter Paro-  
chum & nō  
Parochum.

Wiggers de Sacramentis q. 64. a. 6. n. 45. distinguit inter Parochum & non Parochum, dicens: à Sacerdote præciso non Parochio, quamvis tolerato, non est licet petere Sacramenta, nisi commodè ipse possit ante Sacramenti administrationem obtainere absolutionem à censura; vel nisi urgeat extrema necessitas. Ratio est: quia non potest talis Sacerdos ministrare Sacramentum alicui non subditio sine peccato, nisi sit re ipsa à censura priùs absolutus. Neque h̄c est eadem ratio de hujusmodi Sacerdote & de Parocho proprio: quia quod Parochus absque peccato possit administrare, quando superiorē adire nequit, inde fit, quia jure suo tenetur servire subditio. Unde ne duabus obligationibus, quibus simul satisfacere non possit, refringatur; ideo quando subditus jure suo petit Sacramentum, cessat pro illo tempore obligatio,

quā prohibitus est Sacramentum administra non absolutus à censura. Alter verò ex justitia non tenetur, & potest se exculcare; & proinde si ministret, peccabit. Hac ille.

Sed nullum alium citat Autorem, forte quia nullus alius est, qui ante ipsum illam sententiam docuerit Profectò Extravagans jam sà pè alligata, nullà factâ mentione vel distinctione inter Parochum & non Parochum, generaliter concedit cuilibet fideli potestatem communicandi cum quolibet excommunicato tolerari, etiam in sacrificiis autem leges aut jura non distinguunt, nec nos distinguere debemus. Et hac quidem assertio, si materia sit favorabilis, certissima est (inquit Caramuel in Theol. sua fundamentali num. 1302. fol. 375.) at in odio etiam solemus distinguere, ubi jura non distinguunt: qui enim illa sanxerunt fuerunt homines, & potuerunt aliquid obscurius distinxisse, aut evam aliquid oblivioni mandasse.

Sed numquid & homines fuerunt, qui favorabilia sanxerunt? An forte non potuerunt in materia favoribili aliquid obscurius dixisse, aut aliquid oblivioni mandasse? Num quia odia convenit restringi, ideo sine ratione in materia odiosa possimus distinguere; & quia favores convenit ampliari, ideo in materia favoribili non debemus distinguere, quando suppetit evidens ratio distinguendi? Non puto. In neutra ergo materia licet distinguere, vel in utraque licet; sed non absque evidenti ratione, quam in presenti materia non facile reperio,

Quod enim ait Wiggers: Parochus jure suo tenetur servire subditio, quis dubitet? Verumtamen antecedenter ad excommunicationem, per quam jure antiquo auferatur ab excommunicato (ut supra dixi) potestas administrandi Sacramenta; immo omnis jurisdictionis spiritualis.

Quo igitur jure vel Parochus excommunicatus ante absolutionem tenetur ministrare Sacramenta, vel subditus potest petere eorum administrationem? Certè non nisi jure novo Extravagantis: Ad evitanda; que, non obstante jure antiquo, subditis tribuit jus communicandi cum omnibus excommunicatis: non quia antecedenter ex justitia obligantur ad talem communicationem, cum plurimi sint, qui talem obligationem non habeant; sed ad evitanda pericula animalium, quæ sanè non evitarentur, si soldum esset licitum communicare cum Parochis excommunicatis, & non etiam cum privilegiatis; quandoquidem de facto, experientia teste, homines sepiùs soleant in ministerio Sacramentorum communicare privilegiatis, quam proprijs Pastoriis.

Nec

95. Nec obstat, quod privilegiatus possit se excusare; nam etiam Parochus jure antiquo posset & deberet se excusare; post decretum autem Martini V. Pastor non potest, & privilegiatus non tenetur se excusare. Vel ergo uterque vi novae illius constitutionis licet ministrare Sacramentum, cum fuerit requisitus, & ego licet utrumque requiro; vel neuter licet administrat, tametsi fuerit requisitus, & per consequens ego illicite ipsos requiro; quippe, ut supra adhuc insinuavi, & iterum dico:

Nunquam licet petere Sacramentum ab eo, qui non potest licet ministrare. Licer fuisse ad evadendam mortem.

96. Ab eo qui non potest licet ministrare, nunquam licet petere Sacramentum; bene suscipere ad mortem evadendam, scilicet tamen formaliter contemptum legis, abnegatione fidei & scandalo proximi. Ita communiter Doctores.

Quod nunquam licet petere, patet: quia talis petitio foret directa cooperatio ad illicitam ministracionem (ut dixi conclusione 4.) quod autem licet suscipere ad evadendam mortem, probatur: quia suscipiens Sacramentum in illis circumstantijs solum censetur se habere permisive ad actionem illam illicitam, cum nullo modo sit ejus causa suadendo, rogando &c. non appetat autem, quod cum tanto suo incommodo teneatur illam militiam impedit. Nonne licet & metitorie suscipitur Martyrium, quo tamen non potest Martyr licet à Tyranno affici?

97. Additur: Secundo tamen formaliter contemptum legis &c. quia praeceptum naturale negatum obligat cum periculo vita.

De contemptu legis patet: quia qui contemnit legem, contemnit Legislatorem, Deum utique, qui unus est Legislator & Index supremus & independens, qui potest perdere & liberare, Jacob. 4. vers. 12. Contemptus autem secundum multos Auctores, nihil aliud est, quam estimatione minus justo; sive positiva displeasantia proveniens ex aversione animi à Deo, quæ in causa est, quod homo concipiit illam minorem estimationem tamquam malum aliquod Dei, & suum bonum. Adeoque est species iniquitatis procedens ex odio, quod semper est gravissimum peccatum.

Abnegatio-  
ne fidei,

98. Quid dicam de abnegatione fidei? Ipsa veritas Christus Matth. 10. v. 33. exclamat dicens: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in celis est. Si ergo ad evitandam mortem non licet forniciari aut adulterari, minus licitum erit contemnere aut fidem negare.

Nec obstat, quod suscipiens Sacramen-

tum in animo suo non contemnat aut fidem negat; quia saltem contemnit & negat coram hominibus, quod sufficit, ut patet ex Scriptura citata. Merito itaque infidelitas vel solùm externa semper à tota Ecclesia fuit reprobata. Corde enim creditur ad Roman. 10; iustitiam ( inquit Apolotus Rom. 10. v. 10. ) ore autem confessio fit ad salutem.

Dubitas, quis censendus sit infidelis exterior? Respondeo: omnis ille qui vult exteriū videri fidem negasse hoc autem vult omnis ille, qui obsequitur voluntati alterius imperantibus hoc vel illud in negationem veræ fidei, aut protestationem falsæ; eo quippe fine id præcipit, ut tu iussa complens, exteriū appareas negare veram fidem.

Quantum ad scandalum; sufficiat quod ait Apostolus 1. Cor. 8. in fine: Et scandalo proximi. Si quis viserit eum, qui habet scientiam, in idola recumbentem; nomine conscientia eius, cum si insirma, adscibatur ad manducandum idolothyta? Et peribit insirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum informant, in Christum peccati. Quapropter si eis scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in eternum, ne fratrem meum scandalizem. Hec ille dixit & fecit; nos eadem dicamus & faciamus, ne aliena peccata nobis imputentur.

Et hactenus quidem de Sacramentis in genere. Antequam autem progrediamur ad Sacraenta in particulari, opere preium duximus paucissimis verbis (nam res certa est & definita) explicare eorum numerum. Itaque suppono cum Ecclesia Catholica ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii, & Concilio Tridentino sess. 7. can. I.

## CONCLUSIO VII.

Sacraenta novæ Legis nec plura, nec pauciora sunt quam septem; videlicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo & Matrimonium.

Matth. 10.

DE hoc septenario numero nunquam inter Catholicos fuit dissensio, nec heretici Luther & Calvin antiquiores illi contradixerunt: nullum etiam Concilium aut Pontifex primò eum introduxit, nec ullus historicus unquam retulit primum istius doctrinæ

99.

Gg 2

doctrinæ